

## No. 55. 1360. 4. Dec.

*Markgraf Friedrich bekennt, dass er Naunhof, die Städte Grimma und Leipzig und die Gerichtsstühle bei der Steingrube vor Leipzig und zu Röttha gleich seinen Vorfahren von dem Bischof und dem Stift zu Merseburg zu Lehn trage.*

Nos Fridericus dei gratia Thuringiae lantgravius, Misnensis, Orientalis et in Landesberg marchio, comes in Orlamunde dominusque terrae Plysnensis recognoscimus et ad universorum tam praesentium quam futurorum deducimus notionem, quod ob divinae remunerationis meritum humilitatisque causa quae mater virtutum existit castrum nostrum dictam Novam curiam nec non civitates nostras sive opida videlicet Grymmis et Lipcezig et duas sedes iudiciales seu iurisdictiones videlicet sedem iudiciariam circa fossata eiusdem civitatis Lipczk et sedem iudicalem in Rottow cum omnibus suis iuribus et pertinentiis universis iure feudali tenemus et in feudo possidere debemus a venerabili domino Fridrico Merseburgensi episcopo et ab ecclesia sua Merseburgensi, quemadmodum clarae memoriae progenitores nostri ab eisdem domino episcopo et ecclesia Merseburgensi ab antiquis temporibus eodem iure quiete et libere possiderunt. Et ne oblivio interveniat aliqualis quae mater erroris existit, praesentem paginam scribi nostrique principatus maioris sigilli munimine iussimus solidari, praesentibus et testibus nobilibus ac strenuis Ulmanno comite et domino in Honstein, Fridrico de Schonenburg domino in Gluchow, Kristano de Wiczleybin iudice curiae nostrae, Heinrico de Kothewicz cancellario nostro, Arnolde Judemanno, Jan de Lengeueld militibus et Nycolao notario nostris secretariis et fidelibus dilectis. Actum et datum Lipczk anno domini millesimo CCC°. LX°. in die Barbarae virginis gloriosae.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Merseburg mit dem Siegel an einem Pergamentstreifen.

## No. 56. 1360. 6. Dec.

Item dominus contulit Jo. Stuz civi Lipcensi et suis heredibus *parvum theoloneum quod quondam ibidem in Lipczk ad monetam pertinebat.* Datum anno LX° die beati Nycolai.

Copiale 25. fol. 105 und 27. fol. 53 im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden.

## No. 57. Vor 1361.

Vnsere bürgere vnde dy dri<sup>o</sup> rete haben vbirtr(a)gen mit deme geleytismanne vnsir stat nach aldir küntschafft, *daz vnsere bürgere von irem gute, noch dy<sup>o</sup> de twerstraze varen zcū rechte keyn geleyte en gebin, sunder waz dy<sup>o</sup> geben, dy<sup>o</sup> kegen Halle nach saltze varen.*

Nach dem Stadtbuch fol. 1 im Besitz der Deutschen Gesellschaft zu Leipzig.  
Mittheill. d. Deutsch. Gesellsch. I. S. 112.